



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

XLV. Apostoli sal & lux. Matth. 5. 19.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

378 DOCTRINA ET MIRACULA
si vituperaris, &c.) Thom à Kemp. sup.
num. 3.

XLV.

Apostoli sal & lux. Matth. 5. 19.

*In commu-
ni Doctor ũ.*

1. **V**os estis¹ sal² terra; quòd si sal eua-
nerit³ in quo salietur? Ad⁴ nichi-
lum valet ultra nisi ut mittatur foras &
conculcetur ab hominibus. Sal solum
est prudentiæ; condit insipida & sapida
conseruat, acrimoniã suã expurgat no-
xium humorem & constringit, sitim
prouocat, denique res est summopere
utilis, vniuersaliterque necessaria; ita
doctrina Apostolica, Apostolicique viri
prædicatione & exemplo miscentes se
populis ad meliora eos condiunt at-
que conseruant, si rectè suo fungantur
munere, si negligant conculcantur.
Greg. hom. 17. in Euãg. Domini dixerimus? huius cibi condi-
mentum nos esse debuimus, &c.

2. Vos estis¹ lux² mundi: non potest³ ci-
uitas abscondi supra montem posita; neque
accendunt⁴ lucernam & ponunt eam sub
modio, sed super candelabrum, ut luceat
⁵ omni-

¹ omnibus qui in domo sunt: ⁶ sic luceat lux vestra coram hominibus ut videant opera vestra bona, & ⁷ glorificent Patrē vestrum qui in cœlis est. Lux, non sol; sol enim Christus est; à quo lux emicat & dependet; lux non vnius gentis, sed mundi. Per parabolam autem ciuitatis, ad vitæ perfectionem & munitionem eos inducit, tanquam sub omnium oculis ponendos, & in medio mundi theatro certantes.) Similia sub vocabulo lucernæ & tædæ denotantur.

3. Nolite ¹ putare quoniam soluere legem aut prophetas; non veni soluere, sed ² adimplere. Amen quippe dico vobis donec transeat cœlum & terra, iota ³ unum aut vnus apex, non prateribit à lege donec omnia fiant. Estote vigilans & diligens in Dei seruitio, &c.

4. Qui ergo soluerit ¹ unum de mandatis istis ² minimis, & docuerit sic homines, ³ minimus vocabitur in regno cœlorum. Quia cuius vita dispicitur, cum opere non vult implere quod docet, restat vt eius prædicatio contempnatur.) Qui autem fecerit ⁴ & docuerit, hic ⁵ magnus vocabitur in regno ⁶ cœlorum. Mini-

Euthym.
hic.

Thom. à
Kemp. li.
c. 25.

Greg. hom.
12. in Euāg.

ma autem vocat mandata ad Phariseos & tepidos respiciens, quasi dicat, quæ vos existimatis minima." Propter leuitatē cordis, & negligentiam defectuum nostrorum non sentimus animæ nostræ dolorem, &c.) Th. à Kemp. l. 1. c. 21. n. 2.

XLVI.

Abundantior iustitia docetur.

Matth. 5. 20.

*Domin. 5.
post Pentec.*

*Idem 21.
mor. c. 5.*

1. **D**ico autem vobis, nisi abundauerit iustitia vestra plusquam Scribarum & Phariseorum, non intrabitis in regnum caelorum. Præcellit doctor, excellit & doctrina, restat vt & discipuli vitam instituant excellentiorem. Audistis quia dictum est antiquis, Non occides, &c. Ego autem dico vobis, quia omnis qui irascitur fratri suo reus erit iudicio, qui autem dixerit fratri suo Racha, &c." Per gradus culpæ crescit ordo sententiæ, ira sine voce, ira in voce, ira in voce atque sermone, omnis redarguitur, sed dissimiliter iudicatur.) Gregor.

2. Si ergo offers munus tuum ad altare,